Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tum mens. supni rectoris deserit. laudem protinus pri
uatam querit. & sibi arrogare incipit omne bonum qd.
ut largitoris pconio seruiret accepit. opinionis sue glo
riam dilatare desiderat. satagit ut mirabilis cunctis in
notescat. In suo ergo nomine fornicatur que legalis tho
rico nubium deserens corruptori spiritui in laudis appe
tu substernit. Hinc dauid ait. Tradidit in captiuitate
uirtutes eorum. & pulchritudines eorum in manus inimici.
In captiuitate enim uirtus & pulchritudo in manus inimi
ci traditur. cum decepte mentis antiquus hostis & boni
operis elatione dominat. Que tam uirtutis elatio quam
uis plene non superat. ut cumq; tam electorum sepe
animum temptat. sed cum sub leuatus destituit. destituitus
ad formidinem reuocat. Hinc enim dauid iterum dicit.
Ego dixi in mea habundantia non mouebor in eternum.
Seq quia de confidentia uirtutis in tumuit. paulo post
quid ptulit. adiunxit. auertisti faciem tuam a me. &
factus sum conturbatus. Ac si aperte dicit. Fortem
me inter uirtutes credidi. sed quante infirmitatis sim
derelictus agnoui. Hinc rursum dicit. Iuraui & sta
tui custodire iudicia iustitie tue. Sed quia eius uirtum
non erat manere in custodia qua iurabat. debilitate
suam primus turbatus inuenit. Vnde & ad precum
opem repente se contulit dicens. Humiliatus sum